

tanda qz est gloriosa respectu christi. Fuit autē gloriosa triplici de causa ppter quas non debuit occultari. Fuit em virtus xpi sapia christi et cathedra xpi. Ista em tria nō sunt occultanda. De primo dicitur. **Pe. ij.** Virtutes eius annunciantes etc. De secundo **Ecc. xv.** Sapientia abscondita etc. De tercio **Isa. xvi.** Vidi dominū sedentem super solum excelsum et eleuatū etc. Quia igitur est virtus xpi dimissa est nobis in fulcimentū per quod dyabolum expellimus et nos ab ipso defendimus. Nam quādo qz ipsum expellimus et nos ab ipso defendimus. Nam quādo qz ipsum expellimus p nomen crucis. **Criso.** Demones scūm nomen crucis audientes in fugam refiliunt. Aliquando per signū crucis. **Aug.** Signū crucis a nobis expellit exterminatorem si cor nostrū recipiet ipsum saluatorem. Aliquando per fidē crucis. **August.** Hostem visibilem vincis feriendo. et hostem invisibilem vincis credendo. qz est sapientia xpi. dimissa est nobis in sacramentū. **j. Cor. i.** Loquimur dei sapientiam in ministerio absconditā. **Ibidem.** Predicamus xpm crucifixum. iudeis quidem scandalū. gentibz autē stulticiā etc. Quia est cathedra xpi dimissa est nobis in documentū. **Aug.** Crux que fuit lignū christi morientis et cathedra fuit magistri docentis. Docuit autē nos de ipsa cathedra tres lectiones. Prima est vt sequamur xpm **Mat. xvi.** Si quis vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequat me. Secunda lectio est vt innocenter transeamus istum mundū. **Genesis xxxij.** In baculo meo transiui iordanem istum etc. Tercia lectio est vt iuxta ipsius crucis deuotōem speremus premiū. Hoc significatū est **Apoca. xj.** Vbi dicit qd datus est angelo calamus similis virge ad metendū templū et altare. Per templū enim significant corpora sanctorū. et per altare anime ipsorū que virge calamo mēsu-

rant. qz sūm deuotōem crucis mensurant premia eterne retributionis.

De sancto Iohanne ante portam latīnam Sermo primus.

Parasti in cōspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. impinguaſti in oleo caput meum et calix meus inebrians q̄z preclarus est. **ps.** Quāuis sanctus iohānes euangelistavitam non finierit per martiriūm ferri. habuit tñ tria alia martiria. que notant in verbis premissis. Primum est qz fuit exilio relegatus. qd notatur cū dicitur. **Parasti in specu meo mensam aduersus eos etc.** In hac die em fuit quadrupliciter tribulatus. Fuit em grauitē flagellatus. fuit ex derisione conspuratus. fuit in feruentis olei dolio missus. et fuit exilio relegatus. Contra ista quatuor incommoda xps et mensam sibi preparauit. in q̄ sibi quatuor fercula deliciosa parauit. **Et** ḡ erat grauitē flagellatus xps sibi parauit oīam penarū euacuatōem. **Apoca. viij.** Absterget deus omnem lacrimam ab oculis sanctorū etc. Quia ex derisione conspuratus parauit sibi corone celestis decorationem. **Apoca. ij.** Esto fidelis vsqz ad mortem. et dabo tibi coronā vite. Quia fuit in oleo feruenti assatus parauit sibi in fluuiō paradisi refrigerationem. **Ibidem.** Agnus qui in medio throni ē reget illos deducet eos ad vite fontes aquarū. Quia fuit exilio relegatus parauit sibi celestis ciuitatis perpetuam habitationem. De qua ipse dicit **apoca. xxi.** Ostendit mibi ciuitatem sanctam Iherusalem descendentem de celo. Secundum martiriūm est. quia fuit in feruentis olei dolio missus. quod notatur cū dicitur. **Impinguaſti in oleo caput meum.** Et dicit **Impinguaſti.** quia potius exiuit impinguatū q̄z aduſus. Fuit autē vnctus triplici oleo. scilicet materiali. sicut hodierna dierna die quando in dolum su-

p. iij.

le missus. **F**ecit autem domitianus ipse
 poni potius in oleo feruēti q̄ in aqua bu-
 lienti. q̄ aqua buliens penetrat exteriora
 ⁊ interiora. **O**leum dō feruens penetrat
 exteriora interiora ⁊ ossa. **I**uxta illud. sc̄.
Psal. Intrauit sicut aqua iteriora eius.
 ⁊ sicut oleum in ossibus eius. **S**ecundo
 fuit vinctus oleo sacramentali q̄n sc̄ fuit
 asie in patriacham p̄secratus **ps.** Sicut
 vnguentum in capite qd̄ descendit in bar-
 bam ⁊c. **U**nguentum em̄ sp̄s sancti fuit
 in casti capite in plenitudine. deinde des-
 cendit in barbam. i. in ap̄los qui fuerunt
 ceteris magis viriles. deind̄ descendit in
 ceteros doctores ⁊ platos qui debent eē
 vestimentū ecclesie ipsam verbo ⁊ exēplo
 ornando. **D**einde descendit in oram vesti-
 menti. i. in subditos. **T**ercio fuit vinctus
 oleo sp̄iali. de quo dicit. **j. Jo. ij.** Vinctio
 eius docet v̄s de omnibz. tam plene fuit
 inunctus vt posset dici de eo illud **Psal.**
Unxit te deus deus tuus oleo leticie pre-
p̄sorbz tuis. nec miꝝ q̄ stetit p̄pe ⁊ iux-
ta apotecam illius vnguentarij. de quo d̄
Eccle. xxxviij. Vnguentarius facies pig-
 mentaria sc̄ suauitatis. **I**stud autē oleū
 leticie habuit quadruplici rōe. **G**audere
 em̄ ipse potuit de secretorū celestiu reuelat̄
 iōe. **Alp. j.** Significauit deus que opor-
 ter fieri cito mittēs p̄ angelum suū seruo
 suo iohanni ⁊c. **Iere. xv.** Factū est verbū
 tuū in gaudium ⁊ in leticiam cordis mei.
Sc̄do de iusta vindicta tyrāni. i. domicia-
 ni. **ps.** **Letabit iustus cum viderit vindi-**
ctam. ⁊ lauabit manus suas in sanguine
peccatoris. **T**ercio de honorabili reuoca-
 tione **Iere. xxxi.** **Conuertram lucrum eorū**
in gaudiū ⁊c. **Q**uarto de sue dilecte scilz
 drusiane resuscitatiōe facta p̄ qua omēs
 gauisi fuerunt ⁊ deum laudauerūt **Psal.**
Tunc repletū est gaudio os nostꝝ ⁊ ling-
ua nostra exultatiōe. **T**erciu martirium
 est q̄ fuit veneno potatus. qd̄ notat cum
 d̄ **Calix meus inebrians q̄ preclarus ē**

Bibit x̄ps duplicem calicē. s. sanguinē
 ⁊ mirratum. vnum sc̄ sanguinē p̄muni-
 cavit iacobo qui sanguinem suum fudit.
 alium iohāni qui amarū venenum bibit.
Et sic impletum est illud **Mat. xx.** **Ca-**
licem quidem meū bibetis. **E**t dicit iste
 calix inebrians ⁊ preclarus. q̄ ipsum ve-
 nenum cum desiderio ⁊ auditate multa
 bibit. **P**reclarus autem d̄ q̄ tria p̄clara
 miracula inde p̄rigerūt. **U**num q̄ sancto
 iohanni nullam lesionē intulit **Mat. vi.**
Si mortifex quid biberint non eis nocet
bit. **S**ecūdu q̄ duos homines ex illo ve-
 neno mortuos suscitauit. **T**ertium q̄ ex
 hoc multus populus gentilis conuersus
 fuit **E**t sic patz quomodo deus ex malis
 sepe multa bona elicit ⁊ cetera. **E**t iō ipsa
 mala penalia non sunt semper mala. quia
 inde eliciunt multa bona. **P**aret etia q̄
 sint bona triplici d̄ causa. **P**rimo q̄ sunt
 a summo bono a quo non potest p̄cedere
 nisi bonum **Isai.** **quadragesimo quinto.**
Ego dominus pacem faciens ⁊ creans
malum. **F**uerunt in summo bono. id est
 in christo. **Isai.** **primo capitulo.** **A** plana
 pedis vsq̄ ad verticem non est in eo san-
 tas. **E**t ducunt ad summū bonum. **De.**
vndecimo capit. **I**n funiculis are trahā
 eos.

De eodem **Sermo. ij.**
Conuersus petrus vidit illū di-
 scipulum que diligebat ih̄sus
 sequentem qui ⁊ recubuit in ce-
 na supra pectus eius. ⁊ dixit **D**ñe quis
 est qui tradet te. **I**ohannis vltimo capi.
 q̄uis beatus iohannes multa bona ha-
 buent priuilegia. **I**n verbis tamen p̄mis-
 sis tua de ipsis p̄. v̄legis exprimuntur.
Primū est q̄ fuit amicus x̄pi. cum dicit
Quē diligebat ih̄sus. **D**icit autē ipsum
 dilexisse plus q̄ ceteros q̄ maiora sibi si-
 gna dilectōis ostendit. **E**t q̄uis multa fue-
 rint dilectōis signa ad ip̄m p̄cipuū tñ fuit
 quia matrem suam sibi r̄commendauit.

et quo quatuor magnas prerogativas p
meruit. Una ē qz factus fuit gabrielis ar
changelī socius. **Petrus damian.** **Iohā**
nes archangelo gabrielī ad custodiā ma
tris dei socius est datus vt ille integram
virginē inuisibiliter custodiret: iste forin
secus fragilitatē femineē obediēte sue mi
nistēriū exhiberet. **Secunda** est qz factus
est dei thesaurarius in q̄rum scz thesaurū
dei sollicitē custodiuit **Eccles. iij.** Sicut q
thesaurifiat. ita ⁊ qui honorificat m̄tem sua
am. **Tercia** est qz factus est xpo magis vi
cinus. **Petrus damianus.** Quanto **Jo**
hannes familiarior cū m̄terverbis pueris. f.
tanto vicinior verbo inuenit. **Quarta** ē q
factus est quodammodo xpi frater adopti
uus. **Petrus dam.** Qm̄ ab ipsa veritate
iohannes marie dictus est filius quada
speciali grā frater est saluatoris. **Scdm̄**
priuelegiū est qz cubicularius ⁊ camerari
us est ihsu xpi cum dicit. **Qui** recubuit su
pra pectus dñi **Deutero. xxxij.** Amantis
simus dñi habitabit p̄fidenter in eo quasi
thalamo tota die morabit. **Petrus** autē
xpi est fons dei. cellariū paradisi. est mensa
angeli. est thalamus beatorū. est gazophi
laciū oīm thesaurorū. qz sicut dicit **Colos. ij.**
In ipso sunt oēs thesauri sapie ⁊ scie dei
absconditi. In q̄rum igit iohannes supra
pectus xpi recubuit ista quicqz habere me
ruit. **Primo** namqz posuit os suū ad fon
tem dei a quo hausit aquam sapie saluta
ris **Eccē. xvj.** Aqua sapie salutatis pota
uit illū. **Secdo** intrauit cellariū paradisi. in
quo bibit vinū diuini amoris **Canti. ij.**
Introduxit me rex in cellam vinariā ordi
nauit in me cantatē. In eā autē bibit q
quodammodo ebrius factus fuit. Sicut ē
ebrius non sentit verbera. iuxta illud **Pro**
uer. xxiij. Verberauerūt me sed non volui
fic ⁊ iste non videbat sentire supplicia. vn
de dicit **dyoni.** in eplā quam sibi scripsit.
Non em̄ iratus sum in infamā qz pu
tem eos aliquid pati ad corporū passiōes

sed solum ipsas sentire credo. **Tercō** sedit
ad mensam angeli qua comedit panē vi
te celestis **Eccē. xv.** Cibauit illū panē vite
⁊ intellectus. Et licet panis mutet in cōe
dentē. **Iohannes** tñ comedendo panem
vite totus mutatus est in vitam. De hoc
ita dicit **dyonisiū** vbi supra. Aliquos vi
demus cū deo de deo factos. qm̄ veritatis
existentes amatores ab effectu quidē rece
dunt materialū. ⁊ ex p̄nī vita incipiunt
futurā vt decet angelos in medio hoīm cō
uersari. **Quarto** introiuit in thalamum
beatorū in quo indutus est stola glorie **Ec**
cles. xv. Stola glorie induit eū. **Quē** stola
fuit candida p̄virginitate. ⁊ purpurea
per caritatē. **Quinto** ingressus est in ga
zophilaciū thesaurorū. a quo traxit the
saurū sapientie. **Petrus damian.** **Iohan**
nes eminentem diuine gratie sciām ex il
lo celesti gazophilacio in quo sunt oīes
thesauri sapientie ⁊ scientie dei absconditi
traxit. **Tercium** priuelegium est. qz fuit
secretarius christi. quod notat in hoc qd
dixit. scz **Domine** quis est qui tradet te.
Quando enim omnes dolebant. timebāt
⁊ dubitabant. solus **Iohannes** ad chri
stum accessit ⁊ eum interrogauit. **Eccē.**
vj. Amicus in domesticis fiducialiter a
get. **Christus** etiam sua secreta ⁊ profun
da sibi reuelauit quando suam cum patre
eternitatem ⁊ coequalitatē sibi ostēdit. **Ista**
autē tam p̄funda mysteria didicit in qua
duplici scola. **Prima** est scola angelica.
Apocalip. j. Significauit deus que opor
tet fieri cito loquens per angelū suū seruo
suo iohanni rē. **Secunda** est scola virgi
nea. **Quia** em̄ fuit custos ḡginis depura
tus ab ipa est pulcherrima edoctus **Eccē.**
xvj. Obuiauit illi quasi mē honorificata.
Tercia ē scola brē trinitatis ad quā vola
uit qñ verbū in p̄ncipio esse vidit. **Ezech.**
xvij. **Alq̄** grādis magnarū alarū venit ad
libanū. i. ad altitudinē trinitatis. ⁊ tulit
medullā cedri. i. misericordiam vbi incarnati.

In diebus

Quarta est scola dominici pectoris. vñd cantatur. *Fluenta euangelij de ipso sacro dominici pectoris fonte porauit.*

In diebus Rogationum.

Orate pro inuicem vt saluemini. *Multum enī valet deprecatio iusti assidua. Ixlyas enim homo erat rē. Jac. v. Volēs ecclia fideles inducere ad orandum isto tempe verba sancti iacobi assumit. in quibz tria facit. Primo namqz ad orandum p inuicem nos inducit. cum dicit Orate p inuicem vt saluemini. Libenter enī p alijs quilibet orare debet. qz sicut dicit Enisolt. sup m. ad x. Pro se orare nature est. p alitero autē gratie est. p se orare necessitas cogit. p alio autem orare caritas fraternitatis hortat. Dulcior autē est ante deū oratio non quā necessitas rei transmittit. sed quam caritas fraternitatis pmendat. Oportet nāqz vt ille p quo orat quatuor in se habeat. sicut dicit Dionysius in d. celestis iherarchia xiiij. ca. Prīmū ē feruēs desiderij rei habende. qz oportet q illud feruenter desideret et affectet rē. Scdm ē status gratie. qz oportet q sit in statu gratie et penitentie. Terciū est recognitio infirmitatis pprie. Oportet ei q recognoscat q illud p se obrinere nō valeat. Quartū est petitio rei digne. qz oportet q ea petat que deum dare deceat et ipsi accipe expediat. Scdo vtilitatem orōnis ostendit cum dicit Multū namqz valet deprecatio iusti rē. Ubi tria ponit scz q oratio multū valet cum dicit Multum enim valet rē. Scdo cui? oratio valeat qz iusti. Tercio qualis oratio valeat qz assidua. q autē oratio multū valet dicit Greg. Magna enī virtus orōnis qz fusa in terra in celo opat. Ad hoc autē q i celo ascendat et ibi operetur. oportet q habeat quatuor alas.*

Rogationum

Prima est pfunda humiliatio *Ecci. xv. Oratio humiliāns se nubes penetrat rē. Scdo est deuota lacrimatio. ibidem. Lacryme a mamilla ascendunt vsqz ad celū rē. Tercia est desiderij feruens deuotio et intentio Apo. viij. Ascendit fumus incensoz de orōnibus sanctoz de manu angeli coram deo. Quarta est bonoz operum exercitatio Ithobie. viij. Quando orabas cū lacrimis et sepeliebas mortuos ego obruli orōnem tuam coram deo. Scdo valet oratio qn est iusti. Est autē iustus qui dat deo obedientiam primo misericordiam et sibi sanctimoniam. Exaudit igit deus orationē illius qui dat deo obedientiam Aug. Cicius auditur oratio vna obedientis qz decem milia pēptozis. Et exaudit deus orōnem illius qui dat primo suo misericordiam *Ecci. xxiij. Conclude elemosinā in sinu paupis. et hec p pre orabit liberabit ab omni malo. Exaudit etiā orōnē illius qui habet sanctimoniam. qz sicut dicit in ps. Iniquitatem si asperi in corde meo non exaudiet deus. Tercio orō exaudit qn est assidua. assidue quidem orōnis nūciū p sue cursu ad deum mittere debemus qz et nos hostibz assidue circumdari sumus De isto nāqz nuncio tria dicunt in ps. s. q dirigatur. q appropinquet et q intret. Dirigat autem p rectam intentionē sicut sagitta dirigat ad signum ps. Dirigatur oratio mea sicut incensum in p̄spectu tuo Appropinquat dō per ieiuniū. auis enim minimis impinguata volare nō potest. Vñ in psal. Appropinquet deprecatio mea i p̄spectu tuo. Intret autem p elemosinā. Elemosina enī est hostiaria. et ideo oratio auari ostium claudit. oratio enī munifici apit. ps. In p̄spectu tuo orō mea. Tercio salubre exemplū pponit cū dicit. Helias hō erat rē. Cum enī terra esset sterilis helias orauit et celum pluuiā dedit et terra fructificauit. Orō autē terrā aie nostre sic fructificare fac q illos tres pāes pducit**